



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 173. Fœdus Ferdinandi & Isabellæ cum Anglia & Archiduce

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV.
A.C. 1478.

§. CLXXIII.

*Fœdus Ferdinandi & Isabellæ cum
Anglis & Archiduce.*

*Marian.hist
Hisp. l. 24.*

Font-arabie.

Chassaigne.

*Soupplein-
ville.*

Ferdinandus & Isabella, postquam futurorum ignari hoc pacto Inquisitionem in Regno instituerant, in id unum certatim incumbabant, ut solii sui jura adversus Joannam Henrici Filiam firmerent, hancque in rem cum Eduardo Angliæ Rege, & Maximiliano Archiduce fœdus sanciebant. Eo comperto Ludovicus XI. cum eapropter valde anxio ac sollicito animo esset, inducias inivit cum Castellanis, qui eas nulla hæsitacione acceptabant, spe freti, quod Fontarabiam seu *Fontem-rapidum* urbem, cui inhiabat Ludovicus, conservare possent. Postea Rex Ferdinandum & Isabellam a fœdere cum Anglo Rege, & Archiduce inito abstertere moliebatur; ac propterea ad utrumque decernebat Legatos, Lombardiæ Episcopum, qui S. Dionysii Abbas erat, Lescunum, Joannem de Cassaigna Burdegalensis Parlamenti Præsidentem, & Guilielmum de Supplevilla, Montis Argii Prætorem. His dedit negotium, ut Catholico Regi, atque Reginæ exponerent, quod Isabella Galliarum Regibus aliquam adepti sceptri partem deberet, eoquod Galli Carolo V. Regni habenas mode-

moderante, cum Henricus de Transtamare, Sæcul. XV. A.C. 1478.
 a quo Isabella genus duceret, de Regno periclitaretur, in ejus auxilium Bertrandum Guesclinum cum numerofo milite misiffent. Postea injunxit, ut proponerent, quod Angli Castellanis, ac præcipue Transtamarenfi familiæ femper infenfi fuiffent; eo quod illi crederent, quod hæc ipfa Domus Lancaftriensibus Castellæ Regnum vi eripuiiffet. De cetero autem Maximiliano nullæ ab Imperatore fperandæ effent fuppetiæ, cum ille ægre admodum propriæ fuæ defenfioni par effet, vixque fuos fubditos femper ad feditionem proclives in officio continere poffet: Ex adverfo Ferdinando, fi Gallis fe jungeret, validum auxilium ad diffipandam Joannæ factionem præfto foret. Iisdem quoque Oratoribus Ludovicus in mandatis dedit, ut cauffam de Comitatu Rufcinonenfi & Cereetanenfi Franciæ oppignoratis arbitrorum, qui utrinque nominarentur, fententiæ relinquerent.

§. CLXXIV.

Fœdus Castellam inter & Franciam.

Nec Ludovici confilium eventus fefellit, Legatis ejus concreditam fibi provinciam integra fide exequentibus. Quare Ferdinandus & Isabella, five quod metuerent, ne forte Ludovicus sociali
 fœdere